

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Band: 13 (1857)

Artikel: Bischöflich-Constanzische Urkundenlese

Autor: Schneller, J.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111048>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 05.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

X.

Bischöflich-Constanzische Urkundenlese. ¹⁾

I.

1257, 26 Jänners.

(Stadtarchiv Winterthur.)

Vt ab humana non labantur memoria gesta hominum, scripture solent testimonio confirmari. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod Ego Henricus dictus Wolfhart canonicus ecclesie sancti Jacobi site prope villam Wintertur in sancto monte, Constantiensis dyoceseos, in suppletionem reddituum prebende mee, ob honorem Dei omnipotentis, sancti Jacobi, ac omnium sanctorum, et anime mee salutem, xx Marcas argenti contuli, pro quibus empti sunt eidem prebende decem frustorum redditus annuatim. Quicumque vero michi successerit in eadem prebenda mea, in anniversario meo annuatim obligatus est dare unum modium tritici, cuius media pars cedit canonicis eiusdem ecclesie, reliqua vero pars media debet pauperibus erogari. In cuius rei testimonium atque robur presens scriptum sigillis venerabilis domini et patris E. Dei gratia Constantiensis episcopi et Hartmanni comitis de Kiburg senioris, ad quem spectat ius patronatus ecclesie prelibate, continet firmamentum. Acta sunt hec Wintertur, anno dominice incarnationis M. CC. LVII. VII Kal. Februarii. Indictione XV. ²⁾

Der Abschreiber sagt: Des Bischofs Siegel habe abgelassen.

¹⁾ Mitgetheilt von Archivar J. Schneller.

²⁾ Ist nur noch in Abschrift vorhanden.

2.

1260, im Weinmonat.

(Stadtarchiv Winterthur.) ¹⁾

E Dei gratia Constantiensis Episcopus, Dilectis in Christo filiabus conuentui sororum in Wintertur commorantium, paternam salutem in domino Jesu Christo. Cum ex inuncti nobis pastoralis officii sollicitudine teneamur omnibus nobis commissis, in hiis que ad animarum salutem pertinent, secundum nostrarum exigentiam virium providere, magis tamen hiis, quos vite decorat sanctitas et honestas volumus obligare. Noveritis igitur dilecte in Domino filie, quod nos rationabili petitioni vestre paterne in Domino congaudentes, Regulam beati Augustini, sub cuius observantia conditori omnium eterne mercedis intuitu famulari perpetuo concorditer elegistis, auctoritate nostra vobis observandum tradimus, concedimus et quantum possumus confirmamus. Rogantes, mandantes et in Domino exhortantes, quantum sub eadem regula secundum religiosas et honestas consuetudines vestras a vobis hactenus observatas tanquam Christi tyrones Domino militantes et via regia incedentes, non velut oves erronee per devia evagantes, sed spiritu sancto ducente pervenire possitis ad gaudia sempiterna. Verum quia omnis congregatio sine prelato acephala iudicatur, auctoritate nostra damus vobis licentiam, priorissam de vestro Collegio canonice eligendi et eandem cum majori et saniori parti sororum rationabilior visum fuerit absolventi. Et ut nostre auctoritatis concessio perpetuo gaudeat robore firmitatis, presentem literam vobis damus nostri sigilli munimine patenter insignitam. Datum anno Domini M. CC. LX. Mense Octobri.

3.

1279, 17 Hornungs.

(Archiv Winterthur.) ²⁾

Ruodolfus dei gracia Constantiensis Episcopus, dilectis in Christo vniuersis, ad quos presentes peruenerunt, salutem et noticiam sub-

¹⁾ Ist nur noch in Abschrift vorhanden.

²⁾ à tergo steht: fundatio prebende altaris S. nycolai.

scriptorum. Cvm dilecti in Christo . H. de Wida | Rector Ecclesie in Wintertur ac Ciues ibidem, prebendam olim de triginta frustorum Reditibus, ordinatam Sacerdoti in dicta Ecclesia celebranti, eterne retributionis intuitu | de suis piis largitionibus dilatauerint sine preiudicio parochialis Ecclesie ad reditus sex marcarum, ita ut sacerdos qui pro tempore seruerit in eadem, condicionibus | subiaceat infra scriptis, quarum talis tenor existit. Dictus Rector dum ecclesie pre fuerit prelibate, prefatam prebendam quociens vacauerit ydoneo cui voluerit conferet Sacerdoti, | post ipsius autem cessionem seu decessionem, tres seniores de Consulibus in Wintertur, si tunc temporis consules ibidem habentur, et si consules non habentur | tres seniores nichilominvs Bvrgensvm qui pro Consulibus poni et svmi consueuerunt, vel ex ipsis tribus duo nolente tercio consentire, nomine tocus v- | niuersitatis infra mensem a die vacationis computandvm, debent ad ipsam prebendam presentare Rectori ibidem ydoneum Sacerdotem, quem idem Rector de | predicta inuestiet prebenda; verum si iidem tres ex malicia vel negligentia, aut alio quocunque casu, infra mensem non presentauerunt, Rector Ecclesie qui pro tempore fuerit, con- | feret dictam prebendam ydoneo quem elegerit Sacerdoti infra quatuordecim dies a prenominati mensis termino computandos. Sed si vacante prebenda Ecclesia vacauerit prenotata, | et pro illa diuersi litigent presentati, sacerdos quem predicti tres vel ex ipsis duo sub forma premissa elegerint presentandum in ipsa ecclesia sub redbitus ad prebendam pertinentibus, de- | bet nomine vicarii deseruire, donec lite inter litigantes super plebanatu sopita idem sacerdos ab eo qui ius euicerit in Ecclesia memorata canonice instituat. Iste etiam | prebendarius sine dolo et fraude debet ipsi subesse Rectori, ita quod de oblationibus, mortuariis, legatis, amonitionibus, ac aliis quibuslibet obuentionibus ad ipsum Rec- | torem spectantibus, preter scitum et uoluntatem ipsius Rectoris nichil sibi vendicet aut vsurpet publice uel latenter, excepto quod de remediis seu mortuariis bona | fide nominatim id est persone sue contemplatione datis et legatis recipere potest decem et octo denarios vel infra vsualis monete. Ceterum si dictus prebendarius contra dictarum condi- | tionum sev ordinationum statuta coram competenti Iudice conuictus fuerit, dicto Rectori dampnum aliquod aut iniuriam intulisse, de Reditibus ipsius prebende triplo aut ad arbitrium predicti Iudicis ablata, | dicto Rectori reddantur,

et de conmisso condigna penitentia ipsi prebendario imponatur. Prebendarius quoque prenotatus ex institutione tenetur in Ecclesia parochiali misam popularem in mane uel | publicam cottidie celebrare, prout dicto Rectori visum fuerit expedire; potest tamen ex necessitate uel alia ratione suadente intermittere celebrationem cottidianam. | Denique prenotatus prebendarius si de excessu aut irregularitate, que ad sui destitutionem sufficiat, conuictus fuerit uel confesus coram Iudice competenti, remoueri poterit et | prebenda priuari preuia ratione. De licentia quoque Rectoris sepefatus prebendarius tenetur audire confesiones parrochianorum preuias, iniungere communionem ipsis, et quelibet sacra - | menta ecclesiastica ministrare. Nos ipsorum Rectoris et Ciuium predictorum deuotis et salubris petitionibus, quas nobis pro confirmandis dicte prebende conditionibus et ordina- | tionibus porrexerunt, liberaliter inclinati, easdem ordinationes et condiciones inspectas et diligenter examinatas tamquam iuri et rationi consonas, ratas et gratas habentes, | ipsas de uoluntate et expresso consensu karissimorum in Christo H. prepositi, Walkeri decani, et tocus capituli Ecclesie nostre, ac Nobilis viri Alberti, Serenissimi domini nostri. R. ¹⁾ Dei gratia | Romanorum Regis primogeniti, de Habspurg et de Kiburg Comitum, alsacieque langrauii auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus; dictum prebendarium, | prebendam, et eorum res et redditus uniuersos in beate Marie semper Virginis et nostram recipientes protectionem perpetuam et fidelem. Et in premissorum euidenciam presentem Cedulam | nostro sigillo fecimus sigillari. Nos H. prepositus, Walkerus Decanus, et Capitulum antedictum, Nosque Albertus Comes antedictus, in testimonium, quod omnia | et singula premissorum ordinata et statuta, de expresso nostro Consensu et libera nostra processerint uoluntate, nostra sigilla presentibus dedimus appendenda. | Datum et actum Constantie Anno domini MCCLXXVIII. XIII Kal. Marcii. Indictione VII. ²⁾

1) Von neuerer Hand ist das R. hineingeschrieben.

2) Die beiden ersten Siegel hängen in fragmentis, das dritte des Grafen ganz zerbrockelt.

1305, 13 Hornungs. 1)

(Archiv Winterthur.)

H. Dei gratia Constantiensis Episcopus, Omnibus presentium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea que pro ecclesiarum utilitatibus et personarum contrahencium cum eisdem rite et rationabiliter peragantur, sub stabilitate incomutabili perseverent, scripturarum indiciis inviolabili debent memorie commendari. Nouerint itaque vniuersi tam posteri quam presentes, quod dilectus in Christo Eberhardus Decanus, Rector ecclesie in Winterture, deliberatione prehabita diligenti tractatuque sollempni premissis, qui circa rerum ecclesiasticarum permutaciones et alienaciones fieri consueverit et debet iuxta sacrorum canonum instituta, de auctoritate et consensu nostro perspectis melioribus utilitatibus sue ecclesie in Winterture prelibate, cui non est dubium in hoc casu provenire et perspicere meliora, receptis a viro discreto Conrado dicto Appe civi Constantiensi tribus libris denariorum Constantiensium, et eisdem in evidentem et necessariam utilitatem conversis ecclesie in Winterture supradicte, et pro eo quod idem Appe consensit et permisit, quod Rudolfus filius quondam Rudolphi Cellerarii de Muren, sibi jure proprietatis pertinens, matrimonium contraheret cum Elisabetha filia Hainrici Hospitis de Winfelden, iure servitutis seu ancillari dicte ecclesie in Winterture pertinente iuxta pactum inter eosdem Eberhardum et Conradum habitum et premissum, quia beneficium recipiens tribuenti, et donatarius donatori naturaliter ad antidoda obligantur, medietatem proprietatis seu servitutis sibi et ecclesie sue in Winterture antedicte pertinentem, in Elisabetha prefata et omnibus pueris utriusque sexus procreandis ex nunc et in posterum ab eadem, prefato Conrado suisque heredibus donavit et tradidit pleno jure, alteram medietatem dicte proprietatis seu servitutis in ipsa Elisabetha et omnibus pueris ab eadem procreandis sibi et ecclesie sue in Winterture conservando; adhibitis in omnibus et singulis supradictis quibuslibet verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et ut ea que premissa sunt aut ipsorum quodlibet sub stabilitate incom-

1) Aus einem Abschriftenbuche. (No. VI. Fol. 12.)

mutabili perseverent, idem Eberhardus renunciavit tam pro se quam pro suis quicumque pro tempore fuerint successoribus, et pro ecclesia sua in Winterture sepedicta, realiter beneficio restitutionis in integrum, principaliter et incidenter, deceptioni ultra dimidium justii precii, exceptioni, non numerate pecunie non converse, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis vel etiam impetrandis, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, et omnibus exceptionibus et defensionibus quibuscunque, omnique auxilio legum et canonum, quo mediante ea que premissa sunt vel ipsorum quodcunque ullo unquam possent tempore violari. In evidentiam itaque premissorum omnium et singulorum, que presentibus ratificamus, approbamus et solempniter confirmamus, ipsorumque perpetuam et incommutabilem firmitatem, ad petitionem instantem sepedictorum Eberhardi et Conradi presens instrumentum sigillo Cunradi sigillatum sigilli nostri robore communivimus. Datum et actum Constantie, anno Domini Millesimo CCC quinto, Idus Februarii. Indictione tertia.

5.

1308, 13 *Christm.*(Stadtarchiv Winterthur. ¹⁾)

G. Dei gratia Constantiensis episcopus, Dilecto in Christo Eberhardo Decano in Wintertur salutem et in domino caritatem. Discretionis tue indulgemus et concedimus per presentes, quod triginta quinque libras et duodecim solidos cum tribus denariorum thuricensium, in quibus tibi tenemur ratione expensarum quas apud te fecimus terminis subnotatis, videlicet feria secunda proxima post exaltationem sancte crucis ut preterita, item feria secunda proxima ante festum lucie jam instanti, recipias de prima pecunia consolationum, quas clericis decanatum in Wintertur, in Wisendangen et in Jlnowe anno presenti decernimus imponendas, et banales tui decanatus, quos hoc anno a tuis confratribus recepisti. Si autem tibi de pecunia prefata tibi debita usque ad festum purificationis beate Marie proxime nunc venturum predictas consolationes et banales non fuerint satisfactum, quidquid de eadem

¹⁾ Ist nur noch in Abschrift vorhanden.

insolutum remanserit, congerendi in meum dampnum sbuusuris plenam tibi dabimus potestatem, que etiam dampna permittimus exsolvere per presentes. Permittimus etiam, si, quod absit, ante solutionem dicte pecunie ab hac vita decesseris, ipsam pecuniam cum dampnis, si qua accervaverint, prebende altaris sanctę Marie ecclesie in Wintertur tuo nomine persolvendam. Preterea, ut prefatum assequi valeas debitum, volumus si quas tibi ante solutionem prefati debiti literas in contrarium forte per nos transmitti concedimus et easdem non recipias, quia ipsas presenti scripto decernimus irritas et inanes, dantes tibi has literas sigilli nostri robore communitas in testimonium super eo. Datum Wintertur anno Domini MCCCVIII. Idus Decembris. Indictione septima.

6.

1317, 13 Hornungs.

(Archiv Winterthur.)

Gerhardus dei gratia Constantiensis Episcopus, Vniuersis ad quos presentes peruenerint, Salutem in domino cum noticia subscriptorum. Facilius ad memoriam reducitur, quod apicibus scripturarum memorie commendatur. | Nouerint igitur vniuersi, quos nosce fuerit oportunitum, quod innotuit nobis relatu dilecti in Christo Eberhardi decani in Wintertur, et ex certa scientia scimus, Illustrem dominam Angnesam quondam Reginam | Vngarie de consensu libero et expresse Illustrum dominorum et principum Lupoldi et Hainrici videlicet ducum Austrie et Stirie, ac predicti Eberhardi Rectoris ecclesie in Wintertur, dyocesis Constantiensis, quoddam Altare in Hospitali | pauperum opidi Wintertur construxisse, ipsique altari in predicta fundatione suas elemosinas erogasse, qua mediante altare dotatum est memoratum, ac nichilominus pauperes dicti xenodochii sacerdoti in dicto Hospitali | celebranti ac ipsis pauperibussacramenta ecclesiastica ministranti, ad annuos redditus trium marcarum argenti ponderis vsualis dandos et assingnandos sepefato sacerdoti, qui ibidem pro tempore fuerit, sollempniter obliga- | runt, quousque piis Christi fidelium largicionibus et ele-

mosinis memorato altari prouisum fuerit de redditibus supradictis, quo casu predicta obligatio a predicto hospitali facta nullius habeat roboris firmitatem. Qui etiam | sacerdos per Rectorem Ecclesie supradicte sub debito Juramenti prestandi coram plebano et prebendariis sancti montis ibidem presentibus, cum ipsum altare vacare contigerit, est eligendus et instituendus ad predictum altare | infra tempus trimestre, hoc est trium mensium a vacationis tempore computandum; ita tamen quod sacerdos eligendus sit ydoneus et honestus, qui si predictum tempus negliens exstiterit ac remissus, extunc tres de Consulibus predicti | oppidi, saniores et seniores pre oculis habentes, jurejurando sacerdotem ydoneum, valentem preesse et prodesse, prescriptis altari et pauperibus, ea vice dumtaxat eligant, et predicto Rectori electum presentent confir- | mandum, vt idem ipsum de dono altaris investiet et confirmet. Si vero predicti consules omnes vel saltim duo in eligendo sacerdotem ut premittitur concordēs fuerint, ipsorum electio valida censeatur, alioquin advocato | loci dicti altaris collatio ydoneo sacerdoti faciēda ea vice dumtaxat legitime pertinebit. Condictum etiam fore percepimus et ex certa scientia scimus, sacerdotem dicti hospitalis ipsius pauperibus ministrare debere ecclesiastica sacra- | menta de licentia Barrochiani et sine preiudicio ecclesie Barrochialis, missamque deo devote cottidie peragere sine dolo et fraude, nisi impedimento legitimo fuerit impeditus, inter missam publicam et priorem, que vulgo | dicitur fruegmessa, loci prelibati, et nichilominus horis interesse canonicis secundum consuetudinem celebrandis in ecclesia Wintertur memorata. Qui etiam sacerdos oblationes omnes et singulas, remedia, mortuaria, | legata intuitu dicti altaris seu ecclesie in Wintertur memorate publice vel latenter oblatas vel modo quouis erogatas, vt est premissum, ipsi Rectori presentet dolo et fraude semotis, nil sibi de eisdem seu aliis | Barrochie juribus vsurpando, seu aliquatiuus subtrahendo publice vel latenter, exceptis dumtaxat remediis, mortuariis, legatis, et quibuscunque relictis seu donatis contemplatione et intuitu persone ipsius sacerdotis | deservienti hospitali predicto, vt superius est pretactum, in eum erogatis et transfusis per quoscunque et cuiuscunque conditionis seu status existant, que suis valet et preter vsibus applicare. Et ad hec omnia ut prescripta sunt | seruanda sine dolo et fraude, Plebano seu Rectori predicto promittat fidei

dacione iam dictus sacerdos. Ad hec itaque nostre mentis intuitum committentes ac considerantes diuinum cultum per nos non debere minui | sed augeri, prout vtriusque iuris edocent sanctiones, predicta omnia | et singula approbamus et approbauimus, ipsa auctoritate ordinaria confirmando. Et in premissorum omnium et singulorum robur et firmum testimonium presentes | literas sigillo Episcopali fecimus communiri. Nos Lupoldus et Hainricus dei gratia duces Austrie prefati recognoscimus per presentes, omnia et singula premissorum nostra interveniente auctoritate et consensu legitime | fore facta, et in ipsorum euidenciam pleniorum Sigillum nostri videlicet ducis Lupoldi, quo et nos Hainricus dux prefatus vtimur in premissis, duximus apponendum. Datum Constantie Anno domini M. | ccc. XVII. Idus febr. Ind. XV. Nos etiam Eberhardus decanus prefatus, nec non pauperes hospitalis predicti Sigilla nostra presentibus duximus apponenda in testimonium omnium premissorum. | 1)

7.

1381, 11. Horn.

(Stadtarchiv Winterthur.)

Wir Heinrich von Gots Gnaden Byschop ze Costenz, Tuon kunt mit disem brief | Allen den die in ansehent oder hörent lesen, vmb den Zehenden vff den vier Zuchert | Afers gelegen bi der straffe die da gat in den Eschaberg, stoffet einhalb | an Eberlis Kyllings Afer, anderhalb an Steffan Widmers gebreiten, vnd ze der | dritten siten an den Düppweg, den Her Johans Huntzikon vnd Heinrich Hungikon von | Winterthur gebrüder von vns ze Lehen gehept hant, den aber vnser getrüwer | Rudolf Hofman von Winterthur von inen gekobffet hat, Sol man wissen, das Wir | da dem egenanten Rudolf Hofman den selben zehenden ze einem rechten Lehen verlichen | haben von der egenanten Hungikonen demuetigen Baett wegen; vnd lichen im obch den |

1) Vom bischöfl. Siegel blieb noch ein Stück Wachs; die übrigen drei hängen etwas unkenntlich; dasjenige des Spitals führt den hl. Geist in Gestalt einer Taube, über derselben ein Doppelkreuz.

wissentlich mit disem Brief, vnd was wir im durch recht daran lichen sölle | von vns inne ze habenne vnd ze nieffene als des landes vnd lechens recht ist. | Vnd des ze warem vrfund so haben wir vnser Insigel offentlich gehenket an disen | brief, der geben ward ze Klingnow in vnser besty, an dem nechsten Mentag nach | sant Agten tag, do man zalte von gots geburte Tusent Drühundert vnd Acht = | zig Jaren vnd darnach in dem Ersten Jare. ¹⁾

8.

1381, 12. Horn.

(Stadtarchiv Winterthur.)

Wir Heinrich von Gots gnaden Byschop ze Costenz, Tuon kunt mit disem briefe Allen den die in ansehent oder hörent lesen, | vmb den zehenden vff dem Acker gelegen bi Winterthur bi der Strasse die da gat in den Eschaberg, stoffet einhalb an Eber= | lis Kyflings Acker, anderthhalb an Steffen Widmers gebreiten, vnd ze der dritten siten an den Lüpweg des vier Zuch= | erten sint; denselben Zehenten vnser getrüwer Rudolf der Hofman von Winterthur von vns ze Lehen hat, den aber er | mit vnser hant, gunst, vnd gutem willen ze einem rechten werenden phande ane allen abschlag der Müge | recht vnd redlich verseket hat der erbern Annen der Hofmanninen siner elichen Husfrowen für Dryffig guter guldin | an ir widerlegunge. Also das dieselb Hofmannin vnd ir Erben den vorgeschribnen Zehenden für die egeleit | dryffig Guldin in Phandes wise haben vnd nieffen iont alle die wile vnd als lang, vnz das er vmb die vorge= | schribnen dryffig guldin genzlich von inen erlediget vnd erlöset wurde. Vnd ist dis vor vns so recht vnd | so redlich beschehen mit aller der ehasti vnd sicherheit, worten vnd werken, so nach recht oder von gewonheit dehei= | nes weges darzu gehorte, vnd man tuon solte, vnd damit es nu vnd hernach guot kraft vnd hantvesti haben | sol ane menkliches widerred. Vnd des ze warem vrfund, so haben wir vnser Insigel offentlich gehenket an disen | brief, Der geben ward ze Klingnow in vnser besty, an dem nechsten Zinstag nach sant Agten tag, Do man | zalte von Gots geburt Tusent Drühundert vnd Achtzig Jaren, vnd darnach in dem Ersten Jare. ²⁾

¹⁾ Das bischöfliche Siegel hängt.

²⁾ Das bischöfliche Siegel hängt.

9.

1423, 7 März.

(Stadtarchiv Winterthur.) ¹⁾

Otto dei et apostolice sedis gratia Episcopus Constantiensis, vniuersis et singulis Christi fidelibus presentium inspectoribus tam presentibus quam posteris subscriptorum noticiam cum Salute in Domino sempiterna. Cum pro humani generis redemptione dei filius Jhesus Christus de supremis celorum ad yma mundi descendit et pro nobis in ara crucis patibulo mori dignatus est, ut mortem nostram moriendo destrueret et per sui sanctissimi sanguinis aspersionem gregem redimeret, congruit et bene meritum est, ut ejus sanctissimam passionem et mortem cottidie devotionis ardore meditemur, et ut Christi fideles ad excitandum labia sua in laude met memoriam eiusdem passionis et mortis Jhesu Christi feruentius excitentur, vniuersis eisdem et omnibus, qui dum et quoties deinceps perpetuo in ecclesia parrochiali seu aliis ecclesiis opidi Winterthur nostre diocesis ad campane pulsum ibidem singulis feriis sextis hora meridiei, ut dominus noster Jhesus Christus in crucis patibulo exspirauit, faciendi, dominicam orationem et angelicam salutationem devote ob memoriam et reuerentiam ejusdem sanctissime passionis et mortis domini nostri Jhesu Christi quinquies perorauerint, toties quoties hoc fecerint confessi et contriti, qualibet vice de omnipotentis Dei misericordia beatorum que Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, quadraginta dies criminalium de iniunctis eis penitentiis in domino misericorditer elargimur, presentibus perpetuo duraturis. Datum Constantie sub sigilli nostri episcopalis appensione, Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, die septima mensis Martii. Indictione prima.

Auf der Rückseite steht: De Mandato domini Constantiensis — Fridericus. ²⁾

¹⁾ Ist nur noch in Abschrift vorhanden.

²⁾ Auch an der Collegiatkirche des hl. Leodegars zu Lucern wurde, aber zweihundert Jahre später, ein ähnlicher schöner Gebrauch eingeführt. Um bei den damaligen schweren und gefährvollen Zeiten, wo namentlich die katho-

1520, 1 und 2. Weinmonats.

(Archiv der Familie Hettlinger in Schwyz.)

Melchior dei et apostolica sedis gratia Episcopus Ascalonen-
sis, Reuerendi in Christo patris et domini domini | Hugonis eadem
gratia Episcopi Constantiensis in pontificalibus Vicarius generalis,
Recognoscimus per presentes, Quod | anno a Natiuitate Domini
Millesimo quingentesimo vicesimo, die vero prima mensis Octobris
insignia | pontificalia in diocesi Constant. exercentes, Capellam su-
pra Ossorium ecclesie parrochialis sancti Martini in Schwitz | in
honore sancti Michaelis archangeli vnacum tribus altaribus, primum
videlicet in choro in honore Bea- | tissime Virginis Matris Marie,
necnon sanctorum Michaelis archangeli predicti, Petri et Pauli apo-
stolorum, | Joannis baptiste, Dorothee et Agnetis virginum et Mar-
tirim; Secundum autem altare extra chorum in | dextro latere in
honore sanctorum Jheronimi, Christophori, Seruatii et Affre mar-
tirim, ac Erasmi epi- | scopi; Tertium vero in sinistro latere in
honore sanctorum Johannis ewangeliste, Anne matris Marie, | Ma-
rie Jacobi, Marie Salome, Barbare ac Ursule cum suis sodalibus,
funditus et de nouo consecrauimus. | Deinde altera die extunc im-
mediate sequenti videlicet secunda mensis Octobris predicti vt sic
insignia | pontificalia exercentes, Ossorium et inferiorem capellam
eiusdem ecclesie predictae in honore sancte crucis et | decem mili-
um martirim vnacum altari portatili in honore eiusdem sancte cru-
cis ac eorundem decem | mille martirim, nec non sanctorum Se-
bastiani, Rochy, Joseph, Joachim et Fridolini pariter de nouo |
consecrauimus, atque ecclesiam parrochiam sancti Martini in
Schwitz predictam vnacum Cimiterio | ibidem reconciliauimus; Sta-

lische Kirche hart bedrängt ward, den gerechten Zorn des Allmächtigen zu mildern, stiftete den 23 Christm. 1620 Hans Ludwig Pfyffer, Herr zu Altshofen, 500 Gl., auf daß jeden Freitag um eilf Uhr, zur Erinnerung an das bittere Leiden und Sterben Jesu, so lange mit der größten Glocke von vier Mannspersonen geläutet werde, bis Jedermann 5 Vater unser, 5 Ave Maria und der Christliche Glauben mag gebetet haben. Jeder Läuter habe aus dem Zinse 4 Schillinge für jedes einzelne Geläute zu beziehen, der übrige Zinsertrag fällt in den Stadtfessel, der auch die Glocken zu erhalten hat. (Original im Stiftsarchive Lucern.)

uentes ambarum capellarum aniversarium dedicationis diem ad dominicam | proximam post festum sancti Michaelis singulis annis celebrandum. Cupientes igitur, vt jam dicte | capelle cum sui altaribus congruis frequententur honoribus, Christique fideles eo libentius confluant | ad easdem, quo ibidem dono celestis gratie vberius conspexerint se refectos, Omnibus vere penitentibus, | contritis et confessis, qui in dictarum capellarum dedicationis festiuitate deuotionis causa confluerint | ad easdem, vel earum aliquam vota sua inibi persoluendo, et pro reparatione, augmentatione seu conseruatione ornamentorum Capellarum earundem manus porrexerint adiutrices, de omnipo- | tentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi auctoritate et suffragiis, centum | dies venialium et quadraginta dies criminalium peccatorum, auctoritate etiam ordinaria prefati domini | nostri Constantiensis quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis in domino misericor- | diter relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis, harum testimonio literarum sigillo | nostro pontificali subappendendum roboratarum. Datum et actum anno domini, mense, diebus et locis pre- | dictis. Indictione octaua.

Das Siegel fehlt.
